


Grey Scale #13



A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19




Colour Chart #13





ZAGINIONY RĘKOPIS HISTORJI DŁUGOSZA



WŁODZIMIERZ BUDKA

ZAGINIONY REKOPIS  
HISTORJI DŁUGOSZA

K R A K Ó W

1 9 2 5

Odbitka z VI zeszytu „Exlibrisu“  
wytłoczona w Drukarni Narodowej w Krakowie  
w stu pięćdziesięciu numerowanych egzemplarzach

Nr. 142

2054/3



M IJAŁY dwa tygodnie od śmierci biskupa Piotra Tomickiego, gdy egzekutorzy jego testamentu przekazali kapitule krakowskiej *Kronikę* Długoszą jako dar zmarłego pasterza dla katedry. *Kronika* ta była czterotomowym oprawnym w białą skórę rękopisem, odpisanym w roku 1528, a może i lat następnych z kodeksu stanowiącego własność kanclerza Krzysztofa Szydłowieckiego<sup>1</sup>. Wspomniały dar Tomickiego był w posiadaniu kapituły blisko lat 40 i w ciągu tego czasu dał początek conajmniej czterem nowym kodeksom *Historji*<sup>2</sup>. Oto w kilkanaście dni po złożeniu *Kroniki* w skarbcu katedralnym prosi o jej wypożyczenie osoba, której odmówić nie wypadało: wielki hetman i wojewoda krakowski Jan z Tarnowa. To też kapituła za poręczeniem trzech kanoników wypożyczyła Tarnowskiemu całą *Historję* na jeden rok; w ciągu tego czasu — jak zapewne tuszył sobie pan wojewoda — zdołają mu skrybowie odpisać te annały. Ślamazarne odpisywanie, a może i niekwapienie się ze zwrotem rękopisu kapitule spowodowały, że tom czwarty *Historji* znalazł się w skarbcu dopiero po pięciu latach, potem tom pierwszy i drugi, wreszcie tom trzeci w 1543 r. Tak więc po blisko dziesięcioletniej nieobecności komplet Długosza wrócił do skarbcza, żeby przez pięć lat niefrasobliwie odpoczywać na półkach. Bo dopiero w 1548 r. zwrócił się do kapituły o wypożyczenie *Kroniki* w celu jej odpisania następcą Tarnowskiego na województwie krakowskim — Piotr Kmita. Tej prośbie kapituła uczyniła zadość, nauczona jednak doświadczeniem pożyczala naraz tylko po jednym tomie. System ten gwarantował poniekąd szybsze zwracanie rękopisu, nadto umożliwiało korzystanie kilku osobom. Trzecim, który kodeks Tomickiego również w celu przepisania pożyczył w 1554 r., był Jan Ocieski, kanclerz wielki koronny. Ostatni tom został przez niego zwrócony kapitule po upływie lat sześciu. Równocześnie z Ocieskim wypożyczył *Kronikę* Jerzy Podlodowski, kanonik krakowski. Jednak można wątpić, czy przed śmiercią miał on już sporządzony odpis całości.

W 1562 r.,

<sup>1</sup> J. Kieszkowski w swej monografii o Szydłowieckim (str. 332—43) fakt ten pomija, chociaż wzmiankuje o nim *Tomiciana* X, 118 i *Janociana* III, 110.

<sup>2</sup> Por. Łętowski Ludwik ks., *Katalog prałatów i kanoników krakowskich* II, 193.

W 1562 r., a więc po dwóch latach wypoczynku, powędrowała *Kronika* do dworu bpa krakowskiego Filipa Padniewskiego i to nie aby, jak dotychczas, dać początek nowemu kodeksowi, lecz by stać się arsenałem argumentów w walce kleru ze szlachtą na zbierającym się w Piotrkowie sejmie. Od tego czasu sporo lat upłynęło. Umarł Padniewski, umarli dwaj poręczyciele i wówczas dopiero przypomniała sobie kapituła, że *Długoszowa Kronika* zamiast znajdować się w jej skarbcu jest w posiadaniu synowca biskupa, Wojciecha Padniewskiego († 1605). Procesowanie się z Padniewskim, starostą dybowskim było bezowocne. Kodeks Tomickiego nie wrócił już do archiwum katedry krakowskiej. Ani on, ani pochodzące od niego kodeksy Tarnowskiego, Kmity, Ocieskiego i Podlódzkiego, o ile wiemy, do naszych czasów nie doszły<sup>3</sup>. Dochowała się tylko wzmianka poświadczająca istnienie w latach osiemdziesiątych

<sup>3</sup> Por. Aleksandra Przeddzieckiego *Enumeration et description sommaire du 64 manuscrits de l'histoire de Pologne de Jean Dlugosz*. Cracovie 1870. O wyliczonych przez Przeddzieckiego rękopisach mogę jeszcze dodać następujące uwagi: Rps. Nr. 1 (Czartor. Nr. 1306, patrz: *Piąte sprawozdanie z czynności wydawnictwa dzieł Długosza*. Kraków 1870) nie jest bynajmniej identyczny z zaginionym rękopisem Uniwersytetu Jag. (patrz: Józef Muczkowski, *Wiadomość o rękopisach Historji Długosza*. Kraków 1850). Na rpsie Czart. Nr. 1306 niema wcale wytoczonego napisu *Academiae Cracoviensis*, jak o tem pisze Przeddziecki. Nadto był ten rps. własnością Tomasza Paprockiego komornika przemyskiego (1683—1704; por. *AGZ* XXII. 309 i *Castr. Premisl.* 159, pag. 1337), a zatem nie mógł być owym rpsiem. Uniw., który miał zabrać wraz z innymi rękopisami w 1772 r. z bibl. uniwersyteckiej bp. Józef Jędrzej Zahuski. Rps. Nr. 6 (Czart. Nr. 1576) to I i II tom *Historji* Długosza odpisanej ręką jakiegoś Przewłociusa dla kasztelana wieluńskiego, Jana Krzysztoporskiego; tom I jak świadczy pieczętka na pierwszej karcie rękopisu (infuła, herb Poraj i Litery M. P.) był czas jakiś własnością bpa kujawskiego Macieja Pstrokońskiego (1601—†1609). Rps. Nr. 7 (Czartor. 1299—1301) jest kompletnym rpsiem *Historji* Długosza przepisany przez P. L. dla J. K. [ostki?] herbu Dąbrowa; t. I był później własnością Ignacego Scypiona starosty lidzkiego († 1796). Rps. Nr. 9. (Jag. Nr. 33). Bp. Hieronim Rozdrażowski kodycylem z dnia 7 lutego 1600 *libros tres Chronicorum Dlugossi manuscriptorum serenissimo Regi Poloniae* (27. I. 1599) *legatos bibliothecae Academiae Cracoviensis* zapisał. Do naszych jednak czasów dochowały się tylko tomy I i II. Przypuszczenie S. Rutskiego, jakoby tomem III była księga XII *Historji*, znajdująca się obecnie w Muzeum diecezjalnem w Płocku, autopsja obala. Kodeks Rozdrażowskiego ma wymiary 430×285 mm., podczas gdy płocki tylko 330×218. Zresztą oprawa kodeksu płockiego wskazuje, że był własnością jakiegoś S. B. herbu Łódzia(?). Nadto znamiona paleograficzne wskazują, że kodeks płocki powstał w pierwszej połowie XVI w., kiedy kodeks Rozdr. jeszcze nie istniał. Por.: *Monumenta dioecesis Wladislaviensis* II, 12. 33 oraz w *Kurjerze Płockim* z 11 grudnia 1915 r., Nr. 164, artykuł Stefana Rutskiego *Nieznany rękopis płocki Historji Długosza*. Rps. Nr. 19 (Jag. Nr. 34) zawiera t. I Długosza, tom II zaś znajduje się w Miejskiej Bibliotece w Gdańsku (*Katalog* II, 420). Obydwa tomy odpisywał Łukasz z Przemysła. Rps. Nr. 24 własność Misjonarzy stradomskich był pierwotnie w posiadaniu Andrzeja Boboli, starosty pilzieńskiego (1600—†1616) na co wskazuje oprawa (Muczkowski *op. cit.* p. 60—1). Rps. Nr. 33 (Czart. Nr. 1296) bardzo ładnie odpisany dla Jana (?) Wężyka z Widawy Widawskiego. Rps. Nr. 34 zwany kodeksem Germanika Malaspiny, był własnością, jak dowodzi oprawa, Arnulfa Uchańskiego, opata sulejowskiego.

tach osiemdziesiątych XVI stulecia kodeksu Ocieskiego i pochodzącego od niego kodeksu Bronowskiego<sup>4</sup>.

Zestawiamy poniżej cały szereg zapisek wydobytych z ksiąg archiwalnych kapituły krakowskiej, które szczegółowo obrazują losy omówionego kodeksu.

1. 1535, Novembris 14.

Cronicam venerabilis domini Dlugosii olim canonici Cracoviensis reverendissimus in Christo pater dominus et dominus Thomicius episcopus Cracoviensis suis non modicis sumptibus transcriptam manu pulchra ac opere optimo dispositam ad quatuor volumina distinctam volens praetactam Cronicam Polonorum tanquam singulare monumentum in ecclesia observari, testamentaliter ecclesiae suae cathedrali Cracoviensi legavit et donavit, in testamento per suam ultimam voluntatem mandans, ut hoc ipsum donativum fideliter custodiretur, nec cuiquam pro voluntate de ecclesia alienaretur, sed pro utilitate et necessitate regni et totius Reipublicae in thesauro ecclesiastico in catenis per dominos praelatos appensum teneretur.

*Acta actorum Capituli Cracoviensis* vol. III, 1524—1543, f. 152.

2. 1535, Novembris 27.

Cronicam venerabilis domini Dlugosii olim canonici Cracoviensis in quatuor voluminibus alba cute contextis per reverendissimum dominum Petrum Thomiczki episcopum Cracoviensem optimo opere transcriptam et ecclesiae cathedrali Cracoviensi donatam reverendi et venerabiles domini capitulariter congregati ad instantiam venerabilis domini Jacobi Staskowski canonici Cracoviensis illustri ac magnifico domino Joanni comiti de Tharnow campiductori supremo et Cracoviensi palatino in mutuum ad perscribendum dederunt et ad manus venerabilium dominorum Jacobi Staskowski, Pauli Crassowski, Felicis Nicolai Ligaza contulerunt. Qui manu coniuncta pro eadem Cronica venerabili capitulo caverunt et se fideiussores posuerunt et praefatam Cronicam ab hinc pro alio festo Nativitatis Domini in capitulo reponendam illese promiserunt.

*Ibidem* f. 133.

3. 1535, Mai 7.

<sup>4</sup> W 1586 r. Stanisław Dembiński, starosta chęciński naszedł w czasie nieobecności Mikołaja Bronowskiego na jego mieszkanie przy ulicy Mikołajskiej w Krakowie i zabrał mu szereg książek *inprimis Chronicam Joannis Longini seu Dlugosii totam et integram, scriptam in sexternis adhuc non introligatam in tres libros seu tria volumina digestam seu compositam, quam ex Chronica eiusdem autoris a generoso domino Joachino Ocieski de Ocieszino capitaneo Olstinski in mutuum acceptam vel accomodatam non modico sumptu descripserat, valoris trium milion florenorum numeri polonicalis* (Archiwum ziemskie w Krakowie *Terr. Crac.* 81, p. 854). Zastosował Bronowski do swego kodeksu *pretium affectionis*, gdyż faktyczna jego wartość wynosić mogła około 700 złotych. (patrz: Muczkowski, *op. cit.* p. 79) Wiadomo, że w wydaniu lipskiem (1711—2) *Historji Długosza* sześć ostatnich ksiąg wydrukowano z rękopisu Olbrachta (?) Dembińskiego, chorążego zatorskiego i oświęcimskiego (1694—† 1720). Nie będzie więc może zbyt fantastycznym przypuszczenie, że Olbracht D. odziedziczył po swym pradziadzie stryjecznym, Stanisławie rękopis zabrany Bronowskiemu. Wówczas dałoby się powiązać kodeks Szydłowieckiego z wydaniem lipskiem Długosza w następujący sposób: kodeks Szydłowieckiego — Tomickiego — Ocieskiego — Bronowskiego — wydanie lipskie (lata 1241—1480).

## 3. 1538, Mai 7.

Pro libris ac voluminibus Cronicae per reverendissimum dominum Petrum Thomiczki olim episcopum Craviensem ecclesiae donatis, qui magnifico domino castellano Cracoviensi sub caucione fideiussoria venerabilium dominorum Caspari Podlanski et Pauli Crassowski sunt dati in mutuum, ad restituendum et reponendum itterum ecclesiae idem domini fideiussores sunt compellendi.

*Ibidem* f. 199.

## 4. 1539, Februarii 6.

Mandant domini venerabilibus dominis Casparo Podlanski et Paulo Crassowski tanquam fideiussoribus, ut Cronicam a magnifico domino castellano Cracoviensi repetant ecclesiae restituendam ad quod faciendum praesentibus dominis se submiserunt.

*Ibidem* f. 220.

## 5. 1540, Februarii 4.

Cronicam venerabilis domini Dlugosii olim canonici Cracoviensis sub caucione fideiussoria venerabilium dominorum Casparis Podlanski et Pauli Crassowski magnifico domino castellano Cracoviensi in mutuum ab aliquot annis datam, in hoc generali capitulo reverendi et venerabiles domini venerabiles dominos Paulum Crassowski et Joannem Gorski canonicos ab eodem domino castellano repetendam deputaverunt.

*Ibidem* f. 243.

## 6. 1541, Aprilis 1.

Quartam partem Cronicorum, pro quibus venerabiles domini Paulus Crassowski et Casper Podlański canonici Cracovienses dominis capitularibus fideiusserunt, spectabilis et magnificus dominus dominus Joannes comes in Tarnov castellanus Cracoviensis etc. in manus dominorum remisit. Reliquas vero tres partes infra annum illis transcribendas sua magnifica dominatio literis suis dominis reddere pollicita est.

*Ibidem* f. 302.

## 7. 1542, Septembris 30.

Cronicorum libros in partes quattuor ligatos per dominos capitulares ad transcribendum magnifico domino Joanni de Tarnov castellano Cracoviensi commodatos idem dominus castellanus non ita pridem quartam partem immo vero duas primam videlicet et secundam per nobilem dominum [Jacobum] Niemieczkowski actis gratis remisit, postulans quatinus domini terciae partis nondum transcriptae moram ad parvum tempus suferre velint.

*Ibidem* f. 389.

## 8. 1543, Augusti 3.

Magnificus dominus Joannes comes in Tharnow, castellanus Cracoviensis, quatuor partes Cronicorum (!) regni Poloniae scriptas, alias quatuor volumina, quae apud se per certum tempus haec fuit comodata, eidem venerabili capitulo per familiarem suum videlicet nobilem dominum [luka na nazwisko] restituit et reposuit, de quibus quietatur.

*Acta actorum capituli Crac.* vol IV, 1543—1551, f. 1

## 9. 1548, Junii 8.

Placuit dominis ad postulationem illustris domini Petri Kmitha, comitis in Visnicze, palatini et capitanei Cracoviensis etc. partem primam inprimis et deinde successive omnes quatuor

quatuor partes Chronicae Dlugossii sub fideiussoria dominorum archidiaconi et cantoris Cracoviensium suae illustri magnificentiae ad transcribendum commodato dare.

*Ibidem* f. 260.

10. 1554, Iunii 1.

Volumen Chronicae Dlugossii primae partis magnifico domino Joanni de Ocziessno, regni Poloniae cancellario et capitaneo generali Cracoviensi, ad transcribendum commodato dandum reverendi domini assenserunt idque ea lege, quatinus venerabilis dominus Stanislaus Gorski canonicus Cracoviensis de indemnitate libri praetacti integre et illese rursus restituendi dominis scripto suo caverit. Ita ut incontinenti cavit et volumen praedictum ad sese accepit.

*Acta actorum capituli Crac.* vol. V, 1551—1564, f. 157.

11. 1555, Ianuarii 18.

De mandato specialis suarum dominationum revendarum ego notarius et servitor capitularis reverendum dominum Georgium Podliodowski canonicum Cracoviensem protunc egrotantem in domum illius accessi atque eundem monui, ut infra unius mensis spatium volumem Chronicae Dlugossii ex capitulo commodato acceptam restituendum curaret et restitueret, quod quidem se libenter facturum obtulit.

*Ibidem* f. 182.

12. 1555, Augusti 2.

Venerabilis dominus Stanislaus Gorski, canonicus Cracoviensis, reposito coram dominis reverendis uno volumine primae partis Chronicae Dlugossii, petiit iterum magnifico domini Joannis de Ocziessno, capitanei Cracoviensis et R. P. cancellarii, nomine eidem secundum volumen alias secundam partem eiusmodi Hystoriae ad transcribendum commodato dari et obtinuit sub simili cautione obligatoria prout et primam obtinuerat. Et deinde eandem primam partem Historiae huius reverendi domini ad petitionem domini doctoris Mathiae Lanczski etiam sub cautione obligatoria eidem commodato concedendam duxerunt et commodarunt.

*Ibidem* f. 198.

13. 1555, Octobris 25.

Die Veneris octava mensis Novembris reverendus dominus doctor Mathias Łączski archidiaconus Gnesnensis et canonicus Cracoviensis volumem primae partis Chronicae Dlugossii coram dominis reverendis reposuit et est quietatus de eadem. Quam deinde primam partem Chronicae reverendus dominus Joannes Vitinski canonicus Cracoviensis de consensu dominorum sub cautione obligationis praesentis commodato accepit.

*Ibidem* f. 207.

14. 1559, Aprilis 14.

Volumen Annalium tertiae partis Chronicae Joannis olim Dlugossii quod reverendus dominus Georgius olim Podliodowski commodato ex capitulari tulerat, reverendus dominus Andreas Schpoth episcopus Laodicensis, Vāchocensis Mogilensisque abbas et suffraganeus ac canonicus Cracoviensis, reverendis dominis prout ad se facturum pridem pollicitus erat, restituit et reposuit. De qua quidem reposicione non sine dominorum gratitudine est quietatus. Quodquidem volumen in continenti magnifico domino Joanni de Ocziessno regni cancellario et capitaneo Cracoviensi id postulanti per manus reverendi domini Alberti Kyewski procuratoris sui reverendi domini commodato dandum concluderunt.

*Ibidem* f. 342.

15. 1560, Martii 1

15. 1560, Martii 1.

Quartum thomum Chronicae Dlugossii reverendi domini ad postulacionem magnifici domini regni cancellarii etc. per medium venerabilis domini Stanislai Gorski canonici Cracoviensis et sub caucione eius fideiussoria ad transcribendum eandem commodato dandum concluderunt.

*Ibidem* f. 375.

16. 1562, Iulii 3.

Historiam annalium per doctorem olim Joannem Dlugosch in quattuor voluminibus conscriptam reverendi domini reverendissimo domino nostro domino Philippo Padniewski episcopo Cracoviensi ad praesens in Bodzenczin commoranti ad usum brevis alicuius temporis commodato dandam et opera reverendorum dominorum scholastici [*Andreae Przeczlawski*] et custodis [*Andreae Krajewski*] mittendam concluderunt. Qui quidem domini uterque in solidum de eorundem voluminum indemnitate scriptis suis alias caverunt, in forma iuris restitutionem illorum in proximo fiendam curaturi.

*Ibidem* f. 456.

17. 1577, Februarii 7.

De Historia Polonica seu Chronica Dlugossii quatuor voluminibus constanti, quae olim reverendissimo domino Padniewski episcopo Cracoviensi commodati nomine anno, 1562 3 Iulii sub caucione fideiussoria dominorum olim Przeczlawski scholastici et Craiewski archidiaconi ex capitulo fuit extradita, ibidemque nescitur quomodo perierit, reverendi domini capitulum tractantes, attento quod non sit haec jactura levis momenti dubii tamen existentes quomodo ea, per quem et a quo sit repetenda, consilia desuper quaerenda esse ita videlicet ut ubi executores eorum dominorum, qui cautionem de ea praestiterunt commode apprehendi et ut pro ea repetenda actionem capitaneo Diboviensi in iudicio competenti instituant adigi non possint, extunc domini procuratores capitulares accepto iuris peritorum consilio citationes terrestres iam exnunc mandent parandas ac primo quoque tempore publicandas cum ea tamen cautela, ut si quando venerabili capitulo contigerit concordiam aliquam super perlucris et vadiis cum ipso domino capitaneo facere, tum non prius id fieri debet, quam volumina ipsa Historiae praefatae per eum restituta et reposita fuerint. Certum autem debet esse cuique nullas omnino res aut facultates domini olim Przeczlawski hic extare neque executores ullos illius testamenti superesse. Similiter et domini Craiewski cuius licet executores licet sint superstites sed principales Poznaniae degunt, caeterum nullae facultates illius amplius extant siquidem quartus iam nunc vertitur annus a morte illius viderentur executores ipsius argui summae negligentiae aut maliciae forsans si hactenus testatoris illius ultimam voluntatem debitae executioni demandare non curavissent aut etiam quomodocumque neglexissent.

*Acta actorum capituli Crac.* vol. VI, 1564—1577, f. 379.

18. 1579, Octobris 5.

De Chronica Dlugossii a generoso domino capitaneo Diboviensi repetenda admodum esse putaverunt reverendi domini capitulum dominos exequutores testamentorum olim reverendorum dominorum Andreae Craiewski archidiaconi et Andreae Przeczlawski scholastici Cracoviensium videlicet reverendum ac venerabilem dominos doctorem Sigismundum a Stezicza et Valentinum Brzostowski plebanum Racziboroviensem idque domino procuratori suo generali doctori Jacobo Montano commiserunt et demandaverunt.

*Acta actorum capituli Crac.* vol. VII, 1577—1587, f. 133.

19. 1579, Octobris 8.

19. 1579, Octobris 8.

Super quatuor voluminibus Chronicae olim Dlugossii reverendissimo olim domino Philippo Padniewski episcopo Cracoviensi sub cautione fideiussoria reverendorum olim dominorum Andreae Przechlowski et Andreae Craiewski ex archivo capitulari commodato datis, neque hactenus restitutis, reverendi domini capitulum tractatione inter sese suscepta quiquidem uterque fideiussorum ex hac vita decessit admonendum esse censuerunt exequutores testamentorum praefatorum olim fideiussorum, ut diligentius perquirant consilia a iurisperitis qua ratione in ius terrestre vocandus esset generosus Albertus Padniewski capitaneus Diboviensis, qui ut omnia fere bona mobilia post patrum suum occupavit, non est dubium quod et volumina ipsa chronicae praedictae penes se detinet.

*Ibidem* f. 138.

20. 1581, Octobris 2.

De Chronica Dlugossii ex thesauro huius ecclesiae olim reverendissimo Philippo Padniewski episcopo Cracoviensi per venerabile capitulum sub cautione tamen fideiussoria quorundam dominorum praelatorum huius collegii iam e vivis sublatorum commodata, a generoso domino Alberto Padniewski capitaneo Diboviensi, penes quem hoc insigne opus et speciale clenodium esse dicitur, repetenda ac ad thesaurum restituenda consilium quoque a iurisperitis capiendum esse censuerunt reverendi domini capitulum. Quo habito exequutores fideiussorum qui hactenus sunt superstites ea in re requirendos et admonendos alioquin ad ius vocandos esse decreverunt, quod negotium reverendis dominis Paulo Dembski et doctori Martino Pilznensi commiserunt.

*Ibidem* f. 238.

Kraków w czerwcu 1924





20591  
/3